



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Limites, Et Termini.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

## LIMITES, ET TERMINI.

Multas decisiones, & oblatio facta ad evitandam moram non valet, si non est integra, id est, si non offert totum illud, quod est liquidum, idem decif. 268, par. 5.

Ostavò, emphyteuta non potest donare rem emphyteuticariam irrequisito domino, Guid. Pap. q. 46.

Nondò, rector Ecclesiæ recipiens Canonem ab emphyteuta pro tempore præterito, ptæjudicat Ecclesiæ caducitate rei, Capyc. dec. 18. nn. 10.

Decimò, locatio de rebus Ecclesiæ solùm ad triennium fieri potest, per Extravagantem Ambitiose de reb. Eccles. non alien. Et dixi supra in verb. alienatio, sed non potest fieri per triennium cum pacto ad renovandum, quia esset in fraudem legis prohibentis, Tiraq. de retract. convient. in prafat. nn. 2. Et de utroq. de retract. §. 23. gl. 1. nn. 10.

Vndecimò, quando quis cogatur locare nulli alteri quam locatori, vide Vinc. de Fran. decif. 123, per totam.

Duodecimò, an locatio facta per beneficiatum expiret motte ipsius, vide Abb. in c. ad audientiam; num. 2. de reb. Ecc. non alien. Et in c. novum genus, nn. 6. de decim.

Decimotertiò, locatori fit remissio propter sterilitatem, & non emphyteuta, Iason. l. n. 13. Et 36. de jur. emphyteut.

## LIMITES, ET TERMINI.

Quando possint præscribi, & adhærentia sibi, vide Innoc. in c. super eo, de paro. Et in c. eo. & Abb. ibidem, & quomodo probentur, vide in ver. libri, num:

3. & cuius territorii, seu jurisdictionis sint, vide Innoc. in cap. pen. vide in ver. confinia, 13. an emphyteutæ, qui solvere cessavit Ecclesiæ Canonem per biennium, vel per tempus stipulatum, habeat locum ignorantia? Respondetur quod sic, prout in c. quis, & ibi Dyn. nn. 4. dere. jur. lib. 6. & Gom. in c. 2. nn. 50. de constit. lib. 6. facit c. non est in mora, de re. iud. cod. lib. 6.

## LUPANARIA, ET MERETRICES.

Primò, lupanaria, & meretrices, Ecclesia, & totius Christianæ Reipublicæ Principes permitunt ad evitandum majus malum, D. Aug. lib. 2. de ordine, Et lib. 14. de Cœvit, Dei. c. 18. D. Tho. 2. 2. q. 8. ar. 2. in corpore, Nav. c. 17. num. 195. lib. A. Et B. Covar. de sponsal. i. p. c. 4. nn. ult. Vide Iason. in l. cunctos populos, num. 57. ver. sicut tolerat, de sum. Trinit. Et fide Cathol.

Secundò, meretrices an debeant audiiri in Confessione sacramentali? Respondetur affirmativè, c. quod quidam, de pœnit. Et remiss. sed non sunt absolvendæ, nisi certò promittant abstinere in futurum, quod probabiliter tunc credi potest, quando relinquunt re ipsa tum peccata, tum peccatorum occasiones, ea, cum ab omni, de vita Et honest. cler. idem gloss. in c. peccatum, in fi. de reg. iur. lib. 6.

Tertiò, per istam confessionem satisfaciunt præcepto Ecclesiæ, prout in c. omnis, ver. sexus eod. tit. Ratio est, quia per confessionem informen satisfit illi præcepto, Sum. Sacram. quest. 163. &c.